

Amplissimis & Consultissimis Viris,  
D. MICHAELI LE FOENIO

D.GEORGIO MICAELI LIN-  
GELSHEMIO.

Socero ac Genero, Serenissimi Electoris Palatini in  
supremo Consistorio Consiliarius;

MELCHIOR HAIMINFELDIUS  
GOLDASTUS S.P.D.

*V*iri dignitate magni, consilio fortis,  
eruditione nobiles, claritudine con-  
spicui, & humanitate spectabiles: Par-  
tem hanc meorum ad versariorum, quæ  
olim in Academias & peregrinationibus  
meis collecta, nunc, quo flagitatores Ty-  
pographos absolvam, qui audirerunt  
mearum scidarum esse segetem perbo-  
nam, & à literatis eas colis solere, ad com-  
pilandum pane compellor, passus sum exi-  
re in publicum, non quod non longe me-  
hora à me sperari velim, sed quia profe-  
ctas sunt à summis viris, quibus res lite-  
raria omnem prope vitam debet. Eas

) : ( 3

Am-

Amplissimo nomine vestro proscribere  
volui, tum ut novo bujus Urbis statuto  
paream, cui adversari nefas duco, tum  
ut testor meam, ut vere dicam, summam,  
ac prope dicam, singularem adversus vos  
observantiam. Quid enim ex quo tem-  
pore in hanc vicinam vobis urbem per-  
veni, & in amicitiam vestram me insi-  
nuavi, incredibili vestra humanitate me  
semper complexi sitis, animus meus non  
amplius acqviescere voluit in iis sermoni-  
bus, quos privatim & inter amicos cot-  
tidie de vobis libenter cedere solitus sum,  
sed gestivit magis quasi foras prodire, &  
facere, ut quam fieri posset, plurimi intel-  
ligerent, nihil virtute ad alienam excita-  
dam acrius, nihil mibi videri prudentia  
vestra excelsus, nihil humanitate, in hac  
summa dignatione, suavius, nihil ama-  
bilius. B.B.VV. Francofordia, propridie

Kalend. Januar. A.C.N.

M D C X.

SYL-